

DE VITIS
SANCTORVM
OMNIVM NATIONVM,
ORDINVM ET TEMPORVM, EX
VII. Tomis R. P. F. Laurentij Suriij
Carthusiani,

COMPENDIVM
SYMMA FIDE DIGESTVM, PHRASI AVCTORVM
seruata, imitatione BEDAE, VSVARDI, ADONIS, & ex recen-
tioribus Dn. IOANNIS MOLANI; Additis etiam alijs
plurimis fide dignis Sanctorum historijs:

OPERA ET STUDIO FRANCISCI
HARAEI *Ultraiectini, S. Theologiae Licentiati.*

Opus nouum, duplo auctum, illustratumque Chrono-
logia vbique aperta, & Notationibus varijs ex
scriptis Illustris. Dn. CAESARIS BARONII
Cardin. Onuphrij, Molani,
& aliorum.

Adiecti sunt & Indices locupletissimi.



COLONIAE
Ex officina Typographica Arnoldi Quentelii
Anno Domini M.DCV.

Con gratia et privilegio S. Caesaris Maiestatis.

CANDIDO LECTORIS.



COGITANS, Benigne Lector, de tertia Operis mei de Sanctis editione, varijs animi astibus iactabar, animaduertens potissimum eruditum virum P. Zachariam Lippeloo Carthusianum post primam & secundam nostram editionem suo velut iure ex iisdem R. P. LAUR. SVRII Tomis (omisso tamen Septimo, quo consilio, ignoro) aliud Compendium dedisse, sermone fortè etiam cultiori: de re iudicèt alij.

Verùm quia in his non tam nostra phrasi, quàm primorum Auctorum, quantum quidem Latinus sermo vllatenus permittit, utendum semper existimaui, exemplo grauisimorum Scriptorum Bede, Vsuardi, Adonis, & nostro seculi praeceptoris mei, viri eximij, Dn. Joānis MOLANI: tum quia firmitus futura esset rerum sacrarum fides, quarum in me & ipso verbis distans, sed re consentiēs historia inueniretur, perrexi in incepto. Solum id iam disquirebam, addendumne quid esset ei, quod secundo prodierat, vt multi suadebant, an tantum perpoliendum, quod erat cusum.

Dudum memor eius, quod me ad studium hoc impulit, vt quod vsui omnium relictū erat, paruo cōparari, & ab omnibus haberi aequè possit, molem libri augendam non iudicaui, cum deinde video Lugdunenses Operi meo, me inscio, plures historiolas infarsisse, quin (scelus) in S. Valentino Presbytero 14. Februarij secundo posito, Vicelij profanam, dicam, an impiam, seu garrulitatem indistinctè velut mihi adpersisse, vt omittam, historiolas plures nullo iudicio aut delectu consarcinatas, quasdam etiam integras iisdem verbis bis officitanter positas, S. Annadico, SS. Januarij & sociorum, & Praesentationis B. Mariae; denique istas, SS. Francisci de Paula, Antonij de Padua, & Nicolai Tollentinatis in ipso corpore iuxta exemplar meum impressas, in fine rursum breuius & imperfectius quasi non positas repeti. Itaque humanum quid passus, quaecunque in chartis erant excutiens, paucis mensibus Auctarium non modicum paravi Typographo committendum. Vrgent simul nostrates, plures Sanctos patrios inferendos.

Tandem hoc saltem videbatur prestandum, vt in omni regione Sanctos, quorum nominibus passim Christiani appellari solent, vnde-
Epitom. Hærei.

IANVARIVS

DE † CIRCUNCISIONE DOMINI †

Ex D. Cypriano, & V. Beda.

I. IANVARI



INTER * omnia Testamenti veteris sacramenta nihil Circuncisione solēnius antiqua celebravit religio, nec tantum in Hebræos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inolevit. Reliquæ gentes tam mandatum quam factum irrident, & Deo minime asserunt convenire, vt Saluatoris benignitas plagis infantiū delectetur, & immeritos in ipso vitæ initio periculo mortis addicat. Verum cum opus istud & antiquitas commendet, & iuentis auctoritas, inquirenda est potius tanti mysterij ratio, quæ Abraham specialiter & semini eius tanto pondere mandata est, vt quisquis in illa gente huius signi careret dif-

[†] D. Cyprii. Tā.
7. Sum.

Origo Circuncisionis
Geneſ. 17.

Eius significatio.

ferentia, Ethnicus, non Iudæus reputaretur, & à titulo filiorum Israel abradere-
proscriptus. Hoc cum octaua die iustum sit celebrari, & nomen circuncisionis aptari,
intimatum est his, qui digni Sanctorum consortio censebantur, quod eorum nomi-
na scriberentur in cælis, & æterna beatitudinis, quæ post vitæ huius septimanâ octa-
ua consequitur, hæredes fierent & consortes, quicumque vitæ innocentia, & caliba-
tus sanctimonia sese Domino consecrassent. Tenera itaq; infantia huiusmodi erat
imbuenda doctrina, & ante concupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, mi-
serabili pœnæ & inuitabili vindictæ etiam in parulis adhibenda erat severitas; &
antequam ebulliret sartago libidinum, protusum est ventilabrum, quo refrigerari
posset & extinguui de populatricis flammæ vagus ardor, & vniuersa perlustrans in-
cendium.

ID EO QVÆ dolor, voluptati, & sanguini delectationis, sanguis tormenti oppo-
nebatur, vt in primis elementis mox discerent paruuli propriæ memores scctionis
contraria curare contrarijs, & ad cohibendos refranandosque turpitudinum appe-
titus necessarium esse sale corrosorio carnis perfricare pruritus, & semper recrudescentes desiccare putredines. * Quin etiam idcirco misit Deus Filium suum vni-
genitum, factum sub lege, non quia ipse legi quidquam debebat, qui vnus magister
noster, vnus est legislator, & iudex, sed vt eos, qui sub lege positi, legis onera portare
nequuerant, sua ope iuuaret, ac de seruili conditione, quæ sub lege erat, ereptos,
in adoptionem filiorum, quæ per gratiam est, sua largitate reduceret. Suscepit ergo
Circuncisionem lege decretam in carne, qui absque omni prorsus labe pollutionis
apparuit in carne, & qui in similitudine carnis peccati, non autem in carne peccati
aduenit, remediū, quo caro peccati consuauerat mundari, non respuit, sicut etiam
vndam Baptismatis, quo nouæ gratiæ populos à peccatorū sorde lauare voluit, ipse
non necessitatis, sed exempli causa subiit. Vtraque ergo purificatio, Circuncisionis
videlicet in Lege, & in Euangelio Baptismatis, tollendæ prauaricationis primæ gra-
tia posita est. Sed veniens in carne Dei Filius, qui solam carnis naturam, nullam
autem peccati contagionem traxit de Adam, & qui de Spiritu sancti virtute de Vir-
gine conceptus & natus est, nullo eguit munere gratiæ renascentis, vtrumque tamē
purificationis genus subire dignatus est.

Cur adhiberi
solita in tenera
vitate.

* Beda hoc dicit.

Christus car
circuncisus.

En peccatū Ori-
ginale.

SED & hoc, quod eodem die Circuncisionis nomen, vt IESVS vocaretur, ac-
cepit, ad imitationem prisce fecit obseruationis, quam ex eo credimus sumptam,
quod Abraham Patriarcha, qui primus Circuncisionis sacramētum, in testimonium
sue magnæ fidei, & diuinæ ad eum promissionis, accepit, eodem die sue suorumq;
Circuncisionis, etiam nominis amplificatione simul cum cōiuge sua benedicti pro-
meruit, vt qui catenus Abram, pater excelsus, dictus est, deinde Abraam, id est, pater
multarum

Imposito no-
minas.

Epitum. Horat.

A

multarum